et data eiusdem Intervisa Praemysliae Feria Secunda pridie Festi Sancti Valentini Presbyteri et Martyris Anno praesenti confecta et conscripta manibus Recognoscentis subscripta et Actis Judiciis Castrensibus Terrae Praemysliensis per eundem Generosum Vexilliferum Novogrodensem sio pro interesse suo Vadio Quingentorum Florenorum Polonicalium roboratt, necnon de eadem ipsa Intervisa ac eius Inscriptione Roboratoria et sufficientem sibi ab Utrinque praefatam satisfactionem Quietat emittat, dimittit liberumque et absolutum facit et perpetuo pronunciat Intervisam eandem et eius Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria Tertia post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio. 14/III

Judaei Praemyslienses Venerabili Capitulo Praemysliensi Censum Inscribunt.

N° 372.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Infideles Lewko Jckowicz Consul Moszko Berkowicz Kramarz Jakub Kiwa Haskielowicz, Aron Moszkowicz, Beniamin Lewkowicz, Icko Bogrow Mendel Dawidowicz Kramarz, Szymon Szmarski, Juda Chęcynski, Lewko Dubenski, Lazar Kiwa, Seniores et Primi ex Communitate Judaeorum Praemisliensium suo et totius Synagogae seu Communitatis Judaeorum Praemisliensium nunc et

1744

pro tempore existentium, pro quorum ratihabitione cavent et se praesentibus inscribunt nominibus, sani mentibus et corporibus existentes foro suo quovis competentiaque omnis Jurisdictioneque propria posthabita praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, se suos successores ac bona sua generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi inhaerendo Consensui Sacrae Regiae Maiestatis a Serenissimo Rege Casimiro dati in Neoporenti die Vadecima Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo et per oblatam ad Acta praesentia Castrensia Capitanealia Praemisliensia Feria Tertia pridie festi Sanctae Luciae Virginis Anno eodem porrecti, pro illis Sacra Regia Maiestas, libere in onerandi Synagogam Praemisliensem alias Boznicę et super eorum domi apud quasvis tam spirituales quam Saeculares Status personas contrahendi, dat potestatem, accepta realiterque levata Summa Duorum Millium Trecentorum Florenorum Polonicalium de manibus Perillustris et Admodum Reverendi Domini Stanislai a Bronikowo Bronikowski Canonici Vicarii in spiritualibus et Officialis Generalis Praemisliensis, Sambiriensis Rybotycensis Vicarius Praepositi Ultimae Voluntatis Perillustrium olim et Admodum Antoniam

Friderici

Friderici Alembek Sacrae Theologiae [Doctoris] Cantoris, et Joannis Janusko:wicz Juris Utriusque Doctorum Canonicorum Premisliensium Executor[es] pro emendo perpetuo Censu, ut ex illo duo Anniversaria singulis Annis in Ecclesia Cathedrali Premisliensi pro animabus praefatorum Perillustrium olim et Admodum Reverendorum Friderici Alembek et Joannis Januszowicz Canonicorum Premisliensium iuxta seorsivam Ordinationem et praescriptionem praenominati Perillustris et Admodum Reverendi Domini Bronikowski Officialis Generalis Premisliensis in perpetuum celebrentur et peragentur ordinati et constituti, de qua levata pereso Recognoscentes eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Dominum Broni:kowski Officialem Premisliensem praesentibus quietant, Quam Summam Duorum Millium Trecentorum Florenorum Poloni:calium super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus Summisque pecuniariis quibuslibet, et ubilibet locorum, apud quasvis personas habitis et habendis, nullis penitus exceptis, tum omnibus suis mercibus, suorumque Successorum, praecipue vero et specialiter in Lapideis et fornicibus suis Successorumque suorum in Platea Judaica Premisliensi sitt[is] propriis et haereditariis, atque in Synagoga seu alias Bożnica murata in eadem Platea Judaica Premisliensi consisten[tibus], cum omni:bus Iuribus utriusque consisten[tibus] et modo quovis sibi Reco:gnoscenti et toti Communitati Judaicae Premisliensi Con:iunctim et divisim servien[tibus] Perillustri et Admodum Reve:rendo Domino Stanislao a Bronikow Bronikowski Cano:nico, Vicario in Spiritualibus et Officiali generali Premysli:ensi inscribunt, collocant, et assecurant Iure tamen Reem:ptionis alias na wyderkaff. A qua quidem Summa origi:nali Duorum Millium et Trecentorum Florenorum Polonica:lium Censum annuum Reemptionalem videlicet Centum Octuaginta Quatuor Florenorum Polonicalium pro quolibet anno a singulis Centum Florenis Polonicalibus per Florenos

Octo computando Rathatim, pro duabus temporum rathis Prima quidem pro Festo Assumptionis in coelum Gloriosissimae Virginis Mariae nempe Florenos Nonaginta duos, Altera vero pro Festo Sancti Michaelis Archangeli itidem Nonaginta duos Florenos Polonicales in Anno praesenti Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio incidentes et sic consequenter ad manus praefati Perillustris et Admodum Reverendi Officialis Generalis Praemysliensis, illi seu illis, cui seu quibus idem Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Officialis Praemysliensis, de praefata summa Duorum Millium et Trecentorum Florenorum Polonicalium Census ab ea provenientis coniunctim vel divisim cesserit, reddere et in effectu parata pecunia non aliquibus pignoribus aut mercibus, sine quibusvis procrastinationibus, et diffugiis, appellationibus, ac earum prosecutionibus pro quibuslibet rathis duabus superscriptis annuatim mediante manuali Quietatione, Perillustris et Admodum Reverendi Officialis Generalis Praemysliensis, vel illius sive illorum cui seu quibus idem Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Officialis de praefata summa cesserit, se ac suos successores Senioresque omnes Iudaeos, nunc et pro tempore existentes bonorumque suorum haeredes et possessores, ac totam suam Communitatem per proprium nuncium remissuros inscribunt, et obligant praesentibus. Idque sub vadio summae Originalis Duorum Millium et Trecentorum Florenorum Polonicalium correspondente et libera mercium ac rerum suarum ac bonorum stabilium, ipsiusque Synagogae apprehensione, obseratione, et obsigillatione, quam nulla vi et potentia impedire vel deobsigillare ac aperire, per se ac personas quocunque submissas et subordinatas tenebuntur, aut erunt adstricti, ac se praesentibus obligant. Usque ad realem et finalem provenientis pro aliqua ratha Census persolutionem, ratione cuius non persolutionis pro vadio ultra pignora recepta ac bonorum apprehensione

Forum fiat

sorum sibi idem Recognoscentes, ac suis successoribus bonorumq[ue] suorum haeredibus et Possessoribus tam in Officio Castrensi Capitaneali Praemysliensi, quam et coram Judicio Consistoriali Praemysliensi assignant, cui Ultro et benevole se ac suos Successores bonorumq[ue] suorum haeredes et Possessores, totamq[ue] Communitatem Judaicam, nunc et pro tempore existentem Praemysliensem submittunt, subjiciunt, et inscribunt, obligantq[ue] omnibus Juribus Privilegiis a Serenissimis Regibus Poloniae et Republica genti suae concessis sese non tuendo, neq[ue] excipiendo, sidemq[ue] quoad actum praesentem specifice et plenarie renunciantq[ue] omneq[ue] iudicatum et rigorem Juris, Ubi nimirum Causam suam Perillustris et Admodum Reverendus Generalis Officialis Praemysliensis sive ille, Vel illi, cui vel quibus de summa praefata cessent prosequi Voluerit, peti debebunt, et tenebuntur. Insuper quod si et in quantum ipsimet Recognoscentes, Vel eorum Successores bonorumq[ue] ipsorum haeredes et Possessores summam praefatam Duorum Millium Trecentorum Florenorum Polonicalium eidem Perillustri et Admodum Reverendo Domino Officiali Generali Praemysliensi sive illi Vel ipsius Cessionarijs reddere reponere redlibereq[ue] restituere, emundando bona sua Voluerint, tunc eum ante septimanas de praefatae summae repositione ac persolutione, eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Dominum Officialem Praemysliensem sive ipsius Cessionarium, Vel Cessionariis Literis avisare, semel ipsi per se secundo per duos famatos Scabinos Praemyslienses, ita ejusdem avisationis famati scabini coram Actis Consistorialibus et Advocatialibus Relationem recognoscere, et connotari faciant, suo simpli providere, prout se suisq[ue] cum successoribus bonorumq[ue] suorum haeredibus et Possessoribus inscribunt et obligant praesentibus. Debebuntq[ue] et tenebuntur, ac omnia adscripti submittunt se, denique inscribunt et obligant in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibuscunq[ue] pecuniarijs

habiti et habendis Inscriptionis præsentis Extractum authenticum ex Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus seu illorum Protocoll authentice desumptum ad Acta Consistorij Præmysliensia per se Recognoscentes in personis suis propriis sumptu proprio per Oblatam elaturum et ad acticandum porrecturum et coram Actis iisdem Consistorialibus Præmysliensibus approbaturum, Idq in Quindena a die in Actis hodierno contenta. Idq sub alio Scrinio Vadio Originali summæ Duorum Millium Trecentorum Florenorum Polonicalium correspondens, per eosdem supramemoratos Recognoscentes, eorumq Successores, ac bonorum ipsorum hæredes et Possessores, prænominato Perillustri et Admodum Reverendo Domino Officiali Generali Præmysliensi ac eius Cessionario ob non Completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbenda. Pro quibus quidem Vadio vel Vadiis modo præmisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua ex præmissis non completa Complenda Citati existentes memorati Infideles Judæi Recognoscentes seniores Præmyslienses, vel bonorum ipsorum hæredes et Possessores ac tota ipsorum Communitas, sive eorum posteri, Ad Instantiam memorati Perillustris et Admodum Reverendi Officialis Generalis Præmysliensis sive illius Successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale sive Consistoriale Præmysliense ad quod ex hic prius Citabuntur, ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere Vadium vel Vadia prælibata huic Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seq ac suos successores bonorumq suorum hæredes et Possessores ad eadem omnia inscribunt et obligant præsentibus illum Terminum primum peremptorium et alios.

et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minoreve aetate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Quietatorem, Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximo officij praefati Castrensis Capitanealis siue etiam Consistorialis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis, euasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Terrestri, bello, conuentioneque ac alijs omnibus quibusuis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis alio euadendo. Illis suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia et singula mediantibus.

Feria Sexta post Dominicam Laetare Quadragesimae proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio. 17 III

Terlecki in rem Winnickiego Scriptum Roborat. 1345

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Petrus Terlecki Saroczak Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet